20.

quadam nocte pernoctaret, inter colloquia, que habuit cum fratribus, percepit[a] advocaciam ad seniorem de stirpe fundatoris pertinere debere. Rediens ad maritum Ottonem marchionem mirari se dixit, cur ecclesie illi tanto tempore prodesse conaretur, cum filii eius ius advocacie in ea habituri non essent[b]. Rectum sibi pocius videri, ut ecclesiam propriam ipse construeret, in qua tam ipsi quam heredibus suis ius dominacionis in perpetuum servaretur. Hac occasione ecclesia Cellensis fundata est anno Domini MC LXXV sexto Kl. Junii. Hic siquidem Otto marchio Misnensis inter ceteras villas et loca, que dicto monasterio contulerat, contulit et villam [Cristelsdorff][b] et locum, ubi nunc Friberg[c] civitas et fodina argenti sita est, ubi expost non multo tempore Dominus omnipotens aperuit sibi venas argenti in loco predicto habundancius ipsum eciam in temporalibus remunerando et suos heredes, quam ipsi monasterio predicto contulerat, ere argenti in fundo ecclesie et monasterii reperto pro ipso fundo Fribergensi quedam suum Rusewin[d] in cambium ecclesie in ius et proprietatem perpetue donavit, prout in privilegiis fundacionis et donacionis Cellensis ecclesie plenius continetur. Sicque prefatus princeps permaxime ditatus civitatem Friberg et Lipczik et Ysenberg muris firmis circumdedit. Castrum eciam Wißenfels cum omni iurisdiccione acquisivit, multa predia pluribus ecclesiis et monasteriis donavit. Inter cetera volens eciam monasterium ad canonicorum fundare canonicorum regularium, sicud pater suus fecerat una cum fratre suo Dedone comite de Rochlitz ecclesiam beate virginis circa littus fluvii Mildam prope[e] Lißenitz[f], que ecclesia Owa claustrii[g] hodie nuncupatur, fundavit optinuitque a loci dyocesano Nuenburgensi episcopo remissionem decimarum in sexaginta novalibus, que vulgariter eyn Lehen dicitur, quod

Marginal notes:

a) percipit (precipit) c.

a) esse ut c. (esse, ut)

b) esse ut c.

+ f. CCLVIII[a]

b) Dorff c.; addidit manus s. XVI. in marg.

c) manus s. XVI. in marg. Freiberg. Fodina argenti invenitur circa Friberg

d) Nomina locorum manu recentissima in marg. ~~modo scribendi saeculi XVI accomodata repetuntur.~~ fribergen.

Fhor

Wißenfels

mildam

e) ppe (proprie) c.

~~f) Tabulit (?) appellatur. (iam Buds?)~~

g) in marg. super: Claustrum Owa fundatur circa Lissenick

owa claustrii c.

9